

D. IOANNIS  
MOLANI  
SACRÆ THEO.  
LOGIÆ LOVANIÏ PRO.  
FESSORIS, PONTIFICIÏ ET RE.  
GII LIBRORVM CENSORIS,  
libri quinque,

DE FIDE HÆRE.  
TICIS SERVANDA,  
TRES.

DE FIDE REBELLIBVS  
seruanda, liber vnus, qui est  
quartus.

*Item vnicus,*

DE FIDE ET IVRAMENTO,  
quæ à Tyranno exiguntur,  
qui est quintus.

*Cum triplici Indice, Capitulum, Scriptura.  
rum, ac Rerum.*

COLONIÆ,  
Apud Godefridum Kempensem,  
ANNO MD. LXXXIII.



Coll. Soc. I. Salmo. Ex domo P. S. S. S.

REVERENDISSI-  
MO IN CHRISTO PATRI,  
AC DOMINO SVO, IOHANNI  
HAVCHINO, ARCHIEPI-  
*sco Mechliniensi.*



VM iam pridem REVE-  
RENDISSIME DOMINE,  
Dei benignitas te ad Ar-  
chiepiscopalem cathe-  
dram Mechliniensem,  
(quæ ex ordinatione Pij quarti digni-  
tatem in Belgio prima est) vocaverit,  
ego tuæ Dignitati non modò congra-  
tulari, sed etiã condolere cupio. Nam  
si omni tempore verum sit quod Tri-<sup>sess. 6.</sup>  
dentini Concilij Patres professi sunt,  
Ecclesiarum regimen onus esse ange-  
licis humeris formidandum, non mi-  
ror Paternitatem Vestram paulò an-  
tè consecrationem suam ad me scri-  
psisse, se plus ponderis quàm humeri  
sustinere queant, ante oculos videre;  
& Deum novisse, qui renes & corda  
scrutatur, quàm inuitè humeros susti-  
nendæ tantæ moli subijciat. Nam flo-  
rentes quondam tuæ diœcesis vrbes,  
2 Mech.

I

DE FIDE HÆRE-  
TICIS SERVANDA,  
LIBER PRIMVS.

*Vnde Hæretici dicant Catholicos  
docere fidem hæreticis ser-  
uandam non esse.*

*Caput I.*



VI nostris temporibus Catho-  
licæ religionis pacem & tran-  
quillitatem, non modò falsa  
doctrina, sed etiam armis, sedi-  
tionibus, rebellionibus, & o-  
mni impietatis genere oppu-  
guant, ij non tam amore suarum opinionum,  
quàm quod ex bello cauponentur, in tot &  
tantorum scelerum barathrum ruunt, & secum  
multos alios miserè perdunt. Cùm enim in sa-  
cris literis describantur, seipso amantes, &  
pascentes, cupidi, in auaritia fictis verbis nego-  
tiantes, & cor in auaritia exercitatum haben-  
tes, non mirum est ex hoc auaritiæ morbo, quo  
Sapiens nihil scelestius esse scripsit, reliquam  
vitiolorum sentinam deriuari. *In nouissimis enim*  
*diebus, vt in nascentis Ecclesiæ primordijs prædictum*  
*est, instabunt tempora periculosa, & erunt homines*  
*seipso amantes, cupidi, elati, superbi, blasphemæ pa-*  
*rentibus non obediens, ingrati, scelesti, sine affectio-*  
*ne, sine pace, criminatores, incontinentes, immites,*

2. Tim. 3.

Iudæ

2. Pet. 2.

Eccles. 10.

2. Tim. 3.